



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

8. An mulier, si sciat se concupiscendam ab aliquo lascivè teneatur non exire ad audiendum sacrum? Ex p. 5. tr. 7. res. 22.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Traetatus Quintus

330

est, ceteris patibus. Nam quando utrumque præceptum tam naturali, quam positivum primari refertur ad propriam meam salutem procurandam, vel ad proprium meum peccatum cauendum, tunc magis obligat naturale quam positivum respectu mei: si autem naturale primari refertur ad cauendum alienum peccatum, & positivum ad cauendum proprium peccatum, tunc positivum magis obligat, quam naturale respectu mei. Hoc autem fit in proposito, ut ex dictis patet.

2. Verum his non obstantibus affirmatiuam sententiam mordicu tenet Hurtado de Mendoza in 2. disp. 173. sect. 20. a §. 256. & seq. Valentia tom. 3. disput. 3. quest. 18. punct. 4. Suar. disput. 10. sect. 3. num. 9. Bañez in 2. 2. quest. 43. articl. 8. concil. 2. Tannerus tom. 3. disput. 2. quest. 6. dub. 9. num. 120. Gordonus tom. 1. lib. 9. quest. 16. cap. 5. §. 1. Emanuel Sa ver. audito Missa, num. 3. Lorca in 2. 2. quest. 43. art. 8. num. 10. & alij. Vnde utramque sententiam probabilem esse puto. Prima vero magis mihi placet, maximè si præcepta sint positiva.

3. Sed si aliquis stare vellet in hac posteriori, difficultas est cognoscere quando præcepta sunt præreunda propter scandalum vitandum, &c. in hoc docte, ut semper solet, ita philosophatur Hurtado de Mendoza ubi supra §. 268. Quando præceptum est humanan, ex cuius omissione nullum aliud sequitur inconveniens in proximum, tunc est vitandum. Exempli gratia, si ego non possum audiire Sacrum quin aliqui præbeant occasionem graui iracundie, odii, aut luxurie tenero abstinere à Sacro. Item si non possum ieiunare nisi præbendo aliqui occasionem grauius peccati, tenero non ieiunare, huc enim spectat, Misericordiam volo, & non sacrificium; etenim si in misericordia corporali locum habet id, multò magis in spirituali, ad quam pertinet dicitur nihil efficere, vnde proximus ruat; quia licet Religio esset melior virtus, quam misericordia, tamen Deus non indiget nostris Religionis operibus, quae possunt poitea usurpari frequentius. Eandem ob causam tenemur dimidiae confessionem imminente scandalu passiu. Si vero ex omissione præcepti immineat aliud damnum graue proximo, non est præterendum præceptum. v. g. si ego tenero opitulari aliqui indigent, & aliud id videns sit arrepturus occasionem maledictione, aut alias peccati graui, tenero opitulari indigent, quia præceptum illi benefaciendi plus habet ponderis, quam præceptum vitanda occasionis, quia propter alterius malitiam, iniquum est, vt aliis patiat graue damnum, ob quod non probro, quod at Bañez art. 8. non esse opitulandum feminæ extremè indigent, quando id non potest fieri, quin alij occasionem arripiunt, aut sinistre iudicandi, aut murmurandi, est enim immanitas ferina famelicæ morti permittere aliquem propter aliorum temeraria iudicia, maximè cum possit postea illa nota deleri. Eadem ratione deduces teneri coniugem ad reddendum debitum coniugale petitum ab altero coniuge, licet alij sint accepturi occasionem peccandi. v. g. in longa navigatione, aut diuturno carcere, aut habitatione non ampla, si quis cum vxore degat, non potest illa iuvata abstinere diu ab usu matrimonij, quamvis alius adiut auditurus, & ex auditu si Venerem illicitam conceperit. Ita ego tenero restituere homini, quæ sua sunt, illo petente, quamvis sciam illum eis abusurum ad peccatum, si tamen sint arma, aut aliud instrumentum quo occisorum est alium, tenero tunc illud non dare, quia determinata est peritut ad rem malam. Idem dico de fortunis si commodè possum protrahere solutionem. Si veð sine gravi danno proportionato non possum protrahere alma, neque fortu-

nas, possum illa date, quia non tenero cum gravi danno abstinerere ab ea actione, qua de se bona est, quia est actus iustitiae, abulus autem illarum termini propter solam malitiam eas accipientes, quod si non inmerito censem aliqui me posse licere dare mutua pecunias amico eis abusuro, quando sine gravi danno non possum illas negare, multò melius potero illi restituere quæ sua sunt. Ultimò considerandum est haec occasione incideret per tempus breve, diuturne enim esse non possunt. Si enim Sacerdos timet ex concilio ciuium ad Sacrum orituras contentiones, tenetur à Sacro abstinere biduo, aut triduo, donec feodatis pericula autoritate publica, aut alia ratione defentur. Item si quis arrepturus sit occasione peccandi conspecta femina, hac femel, aut iterum debet abstinere à Sacro; at verò si alter diuturnus esset in eam depereundo, non abstinere tenero a sacro, sed potius illi interesse, quia peccatum proximi plus habet de malitia, quam de infirmitate, aut ignorantia, & hæc omnia docet Hurtado ubi supra, id quia de hoc ultimo exemplo multi dubitant, de illo specialiter inquirendum videtur.

RESOL. VIII.

An mulier, se scias se concupiscendam ab aliquo lasciu, teneatur non exire ad audiendum Sacrum? Ep. 10. tr. 7. Ref. 22.

§. 1. Quid semel, aut iterum abstinere debet à Sacro, docet, vt vifum est, Hurtado in fine superioris resolutionis, & Valentia tom. 3. disp. 3. q. 18. punct. 4. ait, Per aliquod tempus in tali causa abstinendum esse à Sacro. P. Suarez disput. 10. sect. 1. 10. quarens an teneatur mulier omittere Sacrum ad vitandum scandalum? Responder interdum potest hoc licere, immo & esse necessarium, ratiō tamen addere hanc obligationem.

2. Verum quia hæc res esset scrupulis plena, ego putto abolutè nullam adest obligationem, vt feminæ in tali casu non audiat Sacrum, & ita docet Cisternus Pal. tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 16. num. 4 & Jacobus Granado in 2. 2. contr. 3. tract. 13. dub. 5. sect. 5. num. 28. vbi sic ait. Si etiimodi scandalum sit ex infirmitate, quia nimis videns ab aliqua persona impleri aliquod præceptum, ad eum imbecillus est, vt accipiat occasionem ruinae. Valentia ait esse obligationem omittendi per aliquod tempus exequitionem præcepti humani, vel Ecclesiastici, vt teneri feminam non audiire Sacrum diebus festis, si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligation est vitandi scandalii, quam audiendi Sacri, cum illa de naturalis & diuina, hæc non nisi Ecclesiastica, vt teneri feminam non audire Sacrum diebus festis, si quis eam videns acciperet occasionem desiderandi aliquam grauem impudicitiam, quia maior obligation est vitandi scandalii, quam audiendi Sacri, cum illa de naturalis & diuina, hæc non nisi Ecclesiastica, vt additum non esse feminam ad id obligandam per multum temporis, v. g. per vnum annum. Hoc tamen mihi non probatur, quia vnuquisque habet usus ad faciendum quæ non solum sunt bona, sed etiam obligationes, præterum sub graui præcepto, ergo non tenetur ab illis abstinere, vt evitetur culpam alterius. Confirmatur, quia non magis tenetur quis ad vitam dum hoc scandalum, quam ad implendum beneficium correctionis fraternalis; sed nemo tenetur non implere præceptum iuris etiam humani, vt corrigat, immo minori momenti deobligant ab eiusmodi correctione; ergo neque vt evitetur scandalum. Ita Granado, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Azorin tom. 2. lib. 1. 2. c. 18. quest. 12. & Vasquez opif. de scandalio, quest. 43. art. 8. dub. 2. n. 27. & docuerat omnes DD. qui putant præceptum esse prætermis tenda propter scandalum.

RESOL.